

bas, turtura, malvicia. Item capit volucres in visco vel tendiculis vel laqueis vel reti stante vel pendente, ubi (?) omnes volucres et campestres, ubi (?) nisi et alias minutas capi possint, ubi (?) domicilianos sive scingudarios.

Pistor habeat panem azimum et panem furneum et panem triticeum, ordeaceum, sigilinum, avenatum. Item habeat placencia, libia, liba, infungia, panem album, panem frument., panem bultatum, tribatum, saclatum sive temesatum et libia piperata, cokettos. Item habeat pistrinum, furnum sive clibanum confactorem. Item habeat polentridium, rotabulum, item ceotelatam, farinam, florem frumenti. Item coctum in clibano vel in fornace vel in saritagine vel in cratelao.

Pastillarius habeat pastillos de carnibus, de piscibus bene piperatos. Item habeat de ferina¹⁾ sive venacionibus vel carne domestica vel de feris vel de volucris sive de volatilibus, de feris videlicet cerve vel de cerva capta vel dama, leporis lardo, avibus marinis vel silvestribus vel domesticis, que superius enumerantur. Iterum flaonarius habeat opacos artocopos, flaones de ovis pane et caseo compositas.

Wafelarius habeat wafelas vel lagana in ferris vel in furnis decoctas.

Aurifaber habeat opus tam ductile quam fusile. Operatur enim in metallis et in lapidibus. Metallum vero ductile vel fusile est, scilicet lapis scruptilis tantum operatur. Si quid in auro, in argento, cupro, [vel ²⁾ trisurat] stagno auritallo. Item habeat opus concavum vel solidum, planum vel planatum, inpressum vel insculptum. Item faciat calices, plateas, obas, justas, coronas, pelves, ampollas, fioles, filatria, cruces aureas vel argenteas, vel de ligno braccis sive saminis³⁾ auri vel argenti cooperato: candelabrum, coclearea. Item habeat ciphos de macera cum pede aureo vel argenteo et superius aureo vel argenteo circumdatos. Item habeat cupas cum cooperculis et ciphos planos. Item habeat crateres vel crateras cum trisuris vel planos vel sculptos, scutellas perapsides, salsaria et salleria. Item faciat anulos, firmacula, monilia, catenas, membra zonarum. Item habeat folliculos, forcipes, inclinn., malleos et totin. ad metallum purgandum et mola ad aciem ferro conferendam, pedem etiam leporis et corte ad gramina metallorum colligendum et expurgandum. Habeat etiam vasa varia et minuta, aurifragium, filum argenteum, tabellam oblitam ad flosculos protrahendos.

Cutellarius faciat varios cutellos, clunacula venatorum, artavos scriptorum vel dolatorum. Habeat mensacula, sive cutellos ad zonam pendentes, cutellos etiam planos. Item faciat novaculas sive rasoria, forfices, cesuras etc.

Zonarius habeat zonas de cerico lino, vel de coreo,

1) farina vielleicht corr. ferina. 2) v. t. am Rand. 3) laminis?